



Ib. 34.

¹¹¹
MYLIANVM
AD HENRICVM
BELOVIVM MARE
SCALLVM REGIVM.

8

603022



8

ROSTOCHII
EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS
ANNO D. M. LXXVIII.

9/2



MUNICIPI
MAGDEBVRG
BEFOVIA MARE
SCITIA REGIA

Geographia
EXCERPTA INCORPORA
anno Q. M. LXXVII.

MYLIANVM
AD HENRICVM
BELOVIVM MARE.
SCALLVM RE-
GIVM.



I memor es veteris præstans
Marscalle sodalis,
Quem tibi stagnanti residens
Dux Ianus in arce,
Tum cum vita fuit, placida
nunc morte quiescit:
Esse dedit solum, rebusq; adiunxit agendis:
Si memor es, solitæq; tenent præcordia flammæ,
Tethys nec medijs mentem immutauit in vndis
Balthica, nec splendor, vitæ aut melioris origo,
Accipe quos Mylio ludens dictauit amores,
Consueuit quoties Mylianam visere syluam,
Ornatus cithara, & Musis comitatus Apollo.
Nam postquam terras liquit Melibæus, & inter
Cælicolas vitam, cæli nouus incola, viuit,
Tityrus exosus veteris monumenta Lycei,
Rus colit, & tristi carmen meditatur auena.
Sic ubi cura tenax gelida formidine pectus

A 2 Pub-

Pulsat, & admissi sceleris contagia somnum
Interimunt, subeunt lacrymis suspiria mista,
Psalmographus, citharā media de nocte iacentē
Arripit, ante D E V M diuino numine plenus
Concinit, & sancto solatur carmine mentem,
Quem nec Regis honor, toties nec fixa trophya,
Nec data sceptr'a beant, quoties sua vulnera mœ-
Rex sibi solamē cithara modulatur eburna: /ret,
Carmina tristitiam pellunt, noua gaudia cordi
Sufficiunt. Sed nos nostros referamus amores.
Paruū parua decent, mihi non Stargardia celsa,
Nec quæ sollicitent inuisa negocia mentem,
Piscosum mage Suerinū placet, et domus, et rus
Et viridans super his ruri contermina sylua,
Exiguus, quatuorq; foci habitatus agellus,
Quem viles stipulae, & cannae texere palustres.
Quà primū teneras Varnus sibi colligit undas,
Flexibus obliquis circum mea regna pererrans,
Glandiferā modico castigat murmure syluam,
Et mihi vicinos nimium discriminat agros.
Parua loquor, modico tamen exornanda labore,
Sit modo, sit requies, cæpius nec desit opella.
Iam satis est precor ex nitido sim rusticus, hoc
Accipe, sollicitæ pertæsum est undiq; vitæ. (cur:
Immoriar studijs, discam quod me leuet ægrum
Ruris,

Ruris amatorem, & quantum sit viuere paruo.
Hoc queram, non ut positos in fænore turpi
Suspirem, aut timida nummos contépler in arce
Sed ne praua flix toto dominetur in agro,
Neu loliū inuisum, aut steriles nascātur auenæ.
Pingue solum faciam, ne quis mea pascua car-
Aut etiam partem ne quis furetur agelli, (pat,
Ex terra & saxis campū factō aggere claudā,
Quid ium? comminuam glebas & saxa mouebo
Protinus instituam: terram qui scindat aratro,
Ruricolasq; boues fæno qui pascat, & eruo,
Et minima villa custos sit: singula seruus
Arma lacertosus fabricetur congrua messi,
Fortia plastra boum, rastros, longosq; bidētes
Paruula pertenues seruabunt horrea messes,
Ut fagi, quercusq; pecus bene pascere fruge
Incipient, votis poscemus cum prece multa.
O quam sæpe petam maturæ tempora messis
Commoda, purgato ut concedant nubila cælo.
Tempore fraga legam, post autumnalia corna,
Heluellas, fungos, & cætera tubera terræ:
Prodiga diuitias quales mea sylua ministrat.
Quæ ne forte grauēt stomachū, faciātue tumul-
Et pipere, & vino faxo macerētur in empio. (iū
Hortulus irriguas Varni pone in r ad undas,

A 3

Hinc


Hinc olus & matura suos curuantia ramos
Poma petam autumno, dulci suauissima succo.
Det Varnus pisces, volucres det sylua salaces,
Fidaq; diuitias certas mihi caula ministret,
Non aulæa domum, non ornent stragula lectos,
Sed torus ex uluis, lectus sit forte salignus,
Sufficiat simplex non inuidiosa supellex.
Sit mihi mensa tripes menta exornata virenti,
Texta stet ante focum gracili de cortice sella,
Cui super imponat textum rude sedula coniūx,
Nec sit quæ vinum possit præbere taberna,
Exiguā ponam cererē, aut noua munera fontis,
Me circum nati volitent, cænamq; ministrent,
Assideat coniunx, & amico sit locus vni.
Apponatur olus lardo unctum, cum pede pernæ,
Festa tamen botulum capiant, gallosq; bimestres,
Et quæ nidificant intra mea regna columbas,
Coctaq; (diuitiæ ruris) sint molliter oua,
Rapula, poma, nuces, cupiā plus? non ita viuā,
Apros, & lepores faciam nihil, optima coniūx,
Natorumq; greges me solabuntur, & inter
Pocula præterita narrabunt tempora vita,
Paruulus hæc inter balbutit filius, & se
Garrulus expansis cupit insinuare lacertis,
Dum somnus teneros paulatim claudat ocellos.

Sit

Sit mihi nox suavis, nec me rum prægrauet ulla
Vel pituita tenax, miseri stomachiue tumultus,
Hactenus hæc: post hæc placida me morte resol-
Arbiter ipse DEVS statuens sine fine beatū. (uaz
Ergo sit in uotis hoc tantum: regia magnis
Debetur, mihi sat vitam coluisse quietam.

ANDREAS MYLIVS.





Pd 263



SB

MC



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Cyan

Blue

Green



MYLIANVM
AD HENRICVM
BELOVIVM MARE
SCALLVM REGIVM.

8
803022



ROSTOCHII

EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS

ANNO D. M. LXXVIII.